

PALAEASTRA LATINA

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 10 pes etarum in Hispania et Lusitania, 11 pes. in America et Philippinis insulis, et 12 pes. in reliquis civitatibus - Premium mittatur oportet ad Administratorem, Lauria, 5 - Barcinone - Apart. 2048

SUMMARIUM: Columbus, *Tb. Viñas.* — Exercitationes Scholares, *Camps, Canals, Mauleón.* — Gemmae latinitatis, *G. Rozo.* — In adventu veris, *Mir.* — Vir Celtiberis... *F. Juberías.* — Per Orbem, *E. Mesa.* — Bibliographia, *J. Mir.* — Homeri Odyssea, *Ruiz.* — De erratione Pelleterii, *Haberl.* — Commercium Epistulare, *Avenarius, Jiménez, Mir.* — De orationibus relativis, *Tristanius.* — Curiosa et jocosa, *Nugator.*

Gemmae Latinitatis

Affirmatur scribiturque saepe latinitatem agnosci deteriorem in libris quorum argumenta theologica vel philosophica hujusve generis. Hoc accidisse atque accidere fatemur et nos pariter. Haudquam semper. Plura exarantur exarataque, praesertim anteactis saeculis, opera fuere quibus latinitas ad pristinum splendorem vocatur, quibus auditur et Tullii loquela et Caesaris vigor atque Livii phasis modulatioque Vergilii; immo perfectius dum altiora canunt. Et certe mirandum quod qui, inter scholastica sudarunt, salmantinosque labores, non raro videantur quasi enutriti eodem lacte quo Romulea propago.

Accipe quae scripsere volumina auctores aureae Hispaniarum tempestatis, summisque digitis horum paginas volve, percurrito oculis ut assertum et assertorem habeas comprobatum.

Unius dumtaxat memini ex multis quibus ornabantur olim bibliothecarum plutei, quique nunc oblivione ac tenebricoso pulvere foedantur et quorum semine certissime foecundarentur glebae scientiarum si magis illo profunderentur hodieum: libri nimirum REV.MI PRAESULIS JOSEPHI DE LA CIRDA O. S. B. *Antistitis prius Almeriensis dein Pacensis Ecclesiae, et nondum Episcopi, Primariae Theologiae Professoris in Orbe terrarum clarissima Salmanticensi Academia*, cui titulus: «*Maria Effigies, Revelatioque Trinitatis et Attributorum Dei.*»¹ et de quo, ut verbis utar sapientissimi interpretis et scriptoris profundissimi R. P. Hieronymi de Guevara S. J. ac regii censoris, affirmari fas est: «*Elaboratum naturae opus, doctrinae principatus, tam philosophicae quam cujusvis alterius generis disciplinae idque quacumque ex parte cernere volueris. Adeo ut in eo variarum artium cognitio mirabilior esset quam singularum exac-*

¹ Editus prius Matriti dein Almeriae, an. 1640.

ta et perfecta scientia: et rursus singularum: exquisita et modis omnibus absoluta perceptio plus admirationis haberet quam variarum artium collecta scientia: vel ut apertiori distinctione haec explicem, alios multiplici rerum cognitione, alios quod summum scientiae gradum attigisset, alios utraque laude, omnes autem omnibus nominibus superaret».

«Huc mixta gloria nomina fluunt et quae divisa beatum scriptorem solent efficere, collecta felicitant, *amoena literatura jucunditas*, sedula Philosophia, Theologia subtilis, solers divini eloquii interpretatio, stilos comptus, medullatus sensus, obstrusaque mysteria... Sententiarum sermonisque sine deceptione sublimitas, elegantia sine affectatione, morum instructio sine molestia. Comparabit lector exiguo labore multam doctrinam, obstupescet tactum de caelo calamum fulmine acuminis luminum splendore».

De pelago stillam, scintillamque de rogo, fragmenta quaedam et specimina egregii operis cultoribus latinitatis per PALAESTRAM monstramus.

«Excellentissimo Principi D. D. Gaspari de Guzmán Comiti de Olivares, Duci de S. Lucar, Summo Sacri Cubiculi Praefecto, Hipparcho Regio, Indiarum Cancellario Maximo, Philippi IV cognomento Magni Administro Supremo, etc F. Joseph Episcopus Almeriensis S. D.


Qua providus arte, Princeps Excellentissime, tuis pro orbe Christiano curis, publicisque; ingentium negotiorum moli me impunem interset; ne, dum sollicitus pro voto, officiosus pro munere au' am, imo officinam tuae indefessae actionis subintro, feram de intempesta interruptione censuram? Subtrahe te parumper, quaestionum Universitatis Sequester et Arbitr: non otiosus et vacuus ingredior: negotium fero, offero; sufferas Negotium saeculorum Maria est, si Bernardo fidis Ad illam sicut ad medium, sicut ad rerum causam, sicut ad negotium omnium saeculorum, respiciunt, et qui in caelo habitant, et qui in inferno, et qui nos praeesserunt, et nos, qui sumus, et qui sequentur. Negotium saeculorum Incarnatio est. Quis attingit arcanum Dei, partum Virginis, rerum causas, saeculorum negotium, commercium Divinitatis et carnis? Ergo ne tuarum aurium nostra lingua de ambitione plectatur, qui rerum causis, qui totius saeculi sospitati, tibi solus suppar, artifex negotiosus insistis; qui munera detectas, non quae operantem, sed quae divitem te constituant; qui terrarum negotia pro columitate gentium ambitiosus salutis tractator exambis; qui vere vivis, siquidem omne, quod in cursu est, irrequietae actionis spiritu viget, ut pulchre Symmachus; qui Deum operosus imitator insequeris, de quo Tertullianus: Otium sui natura non sinit: hinc censemur, si agat, ut sit; si cessarit, ut non sit: Mariae, Incarnationisque, litterarium opus fronte serena suscipe, suspiceque; si non ut munus, quippe qui in parsimoniae miraculum, et mundissimae spectaculum integratatis, dono quasi crimine offenderis; ut negotium, tuo poterit exercitio blandiri. Incarnationis Sacramentum oeconomia dictitur et dispensatio, utpote in qua et Divinitatis dispenduntur thesauri, et rerum caelestium administratio cum foenore salutis humanae peragitur. Et Maria res illa magna venerandae oeconomiae a Creensi nuncupatur, in cuius utero sacrae negotiationis commercium invaluit. Quid magis tuum, o Inlyte, qui summus Oeconomus Catholicae Christianitatis intendis? Ergo et me titulus, qui obstat putabatur, invitat; nec te invitum,

sed lubentem meae devotioni cognoscendae auguratur. Ardebam, in te gratitudinis posteris relinquere monumentum, et de puro, simplicique pectore officiosa verba ructare, nullius ambitus, fastidiosaeque adulacionis, sed de pleno tuis laudibus animo, quae jam continere non poterat, indicia religiosae veritatis exprimere... Liber hic, quem tibi mitto. Maria est Non potui compendiosius elogium. Virgo est et Genitrix. Ideo sic Universitatis tota, ut nec viscerum filium sibi pepererit, sed orbi; totiusque generis fructum virga generosa protulerit. Belligeratrix ab initio, quae immuni crepida caput insidiost Draconis attrivit, tuorum stemmatum insigne sit: ideo forsitan Hispanis victoriis, quasi stipendiarius miles adsistit, quia quae Regis aeterni, hominumque incolumentis ministra facta est temporalis, magnum Philipum, magnum te ministrum amat Universitatis amantes... Philippus noster, saeculi decus, fidei fulcrum, et totius virtutis splendor: qui genere Rex; generositate, fortitudine, industria, Magni sibi super Austriacum promeruit agnomen... Non sui dissimilis, omnibus, ceu Magnus, unus adest. O qualis de te, qui cum in ejus orbita, aulaque tantum sis, totus ubique, non fractus, sed integer, virtutis operatione cognosceris, et luce dominante, quo regias mittis phalanges, praevius incedis, axemque totius gubernationis volutas, praesens toti, cum uni globi portioni, Intelligentiae Caelestis more, figaris Miraculum est fatemur; sed inspicimus, manibusque nostris contrectamus.. Si bella, quibus ades, enumerem, tot invenio, quot triumphos Consilio, expeditionique tuae nullus hostium, nisi qui laudibus adderetur, occurrit. Et Martis agmina, et Minervae eruditos choros, et Praesulum montes, et populares myricas, unius simul lucis splendore perfundis... Tu paeliales copias congesisti: quos Philippus imperio, sapientia, armasti milites consilio: quos ille igne majestatis incendit, ut inimicorum agmina conflagarent, tu artibus imbuisti; unus, qui nobis cunctando restituis rem.... Veneror, quod, cum in alto sis fluctuosa stationis fastigio, ne honoris flantibus ventis, naufragium sufferas de altitudine, non de vanitate levis, sed de Christiana humilitate gravis, ipsomet honore tanquam onere libraris. Ad auram Spiritus Sancti sensuum tuorum sinus pandis et cordis tui velum vinculis charitatis, ut funibus, ad antenam crucis stringis. Quam perpetua tibi exomologesis, quam diuturna synaxis, quibus et expias animum, et sustentas: dumque nihil amantius quam veram sollicitas vitam; nihil quaestuosius, quam pro viventibus et victuris vitam impendis... Uno eodemque tempore te agitante, Hispania milites conscribit, Italia sustinet, classes adornantur in pontum, Brasilia munitur, Africa retunditur, Belgis aere succurritur, fraenantur Galli, variisque ad capiendum, pares ad nocendum haereticae calliditatis funes seu vi rumpuntur, seu explicantur industria. Strepit undique et novis voraginibus aequor, insolitisque fluctibus immobile terrae pondus concutitur; tu irrequiete quietus domas providentia, omniumque satagens sic pacem administras, quasi pugnetur nullibi, cum pugnatur ubique. Cesso, ne tua modestia licet simplicem nostri animi, quia excurrentem, criminetur affectum. Certe loquax est copia, quae in re decantata, atque solemni verborum redundant eluvie... Vale et vive Hispaniae. Religioni columen, aeternitati beatus. Almeriae die vigesima Januarii anno Christiano M. DC. XL.»

Remanent in scrinio aliae pellucidae gemmae, quae, cum spatium patiatur, in PALAESTRA LATINA fulgebunt.

GULIELMUS Rozo, C. M. F.

Nova et Vetera



In adventu veris

Adventat ver! quis unquam hujusmodi percepit nuntium et toto animo non exultavit? Recessit tandem lugubris et taetrica hiems eique vernum tempus subridens successit. «Jam ver egelidos refert temores».

Viden' ut tota natura novis augeatur ornamentis atque vigescat? Quis tamen nitidis exprimat coloribus venustatem qua intexta et circum ornata splendeat nova aetas? —Quae cottidie ante oculos prospectas, tu ipse recole, lector, nam imago nostra index minimus est rerum, quibus hoc benigno tempore, Dei gratia, large oblectamur.

Ab altissimis montibus, ubi perpetuae fere conspiciuntur nives, rivi praecipites descendunt et flumina quae campos agrosque irrigent atque feraces reddant. Prata versicoloribus¹ ornata floribus late virescunt gramine seu ut poëta dulcius cecinit «prataque pubescunt³ variorum flore colorum....»; suavi caelum perfunditur odore, remisit ventorum furor et jucundis auris zephyrus ora molitur,⁴ arbores flores, gemmas, folia proferunt ut aestivo tempore fructus erumpant ac maturescant.

Vernat⁵ jam primo mane —dum alvum solem consalutant—, tota avium familia et dulcisonis cantibus aethera mulcent mentemque hominis rapiunt; mater interea quiete ova incubat.

Luscinia⁶ rivuli oris immissa, aut a lento pendens termite,⁷ aut inter arborum frondes eminens procul suam variam profundit cantilenam.⁸ Hirundo vetusta et jam a parentibus lustrata atria sedulo amore circum cursitat aut luxurians⁹ imo pectore humidam undam praetervolat,¹⁰ vel escam, qua loquaces filiolos alat, insequitur.

Sedulae apes florum nectar sugunt, favos moliuntur,¹¹ purissima ac fragrantia mella stipant¹², cellas miro ordine complent.

Pastor mane ad solem sedens, meridiano autem tempore ad umbram, oves et vaccas pascit, quae quiete herbam medicam,¹³ trifolium,¹⁴ pabula¹⁶, farraginem¹⁵ pascuntur. Juxta pastoris casulam¹⁷ est aquatio¹⁸ et alveus¹⁹ quo saepe pecudibus

pascua deponuntur; haeduli balantes ad matrem accedunt ut lacte nutriantur. Vaccae herbida prata²⁰ pabulantur, cum vero domum revertuntur, distenta lactis ubera servus gaudens mulget; lacte pueri, infirmi nutriuntur, eoque plurimi utuntur jentaculo;²¹ sed et caseus et flos (cremor) lactis²² et lactarium²³ (caseus mollis) et aliae cuppediae²⁴ lacte elaborantur.

Hoc quoque tempore, senex qui frigescente hieme, vitam ad focum fere ducebant aut diebus quibus sol benigniores profundebat radios in chiramaxio²⁵ vel in arcisellio²⁶ in domus recessu²⁷ apricabantur, in sole, baculo innixus, ambulat.

Adulescentes —forsitan aliquis ex parvulis lectoribus inibi interesse suamque imaginem agnoscere ambiat— adulescentes, inquam, ut videtis, rusticationem²⁸ agitant atque otioso vitae cursui indulgent.²⁹ Albente caelo, in villulam pedestri itinere pergunt. Omnes expiditione veste³⁰ utuntur; loricam laneam³¹ vel linteum³² induunt aut subuculam³³ tantum, adjecto collari³⁴, bracas strictas,³⁵ pedulia³⁶ et calceos, pro quibus alii ut commodiores cursitent sandalia³⁷ vel soleas spartaeas aut cannabinas³⁸ gestant.

Omnis ad urbis vivarium³⁹ ut pacti erant convenerunt: parum inde progressi, ad frigidum fontem et aquae dejectum⁴⁰ tenue jentaculum suinunt i. e. parum casei, chocolatae et panis; qui lac in deliciis habent sinum⁴¹ lactis condensati reserant aut ex thermophylacio⁴² illud expromunt adhuc fervens. Inde stratum⁴³ arrepti, viale⁴⁴ automobilibus aptissimum⁴⁵ percurrunt et, juxta fluentum et locum arboribus floribusque consitum, consistunt. Manticam⁴⁶ ex umeris deponunt, parumper ad umbram animum relaxant et fabulantur. Ad horam duodecimam prandium parant siccum,⁴⁷ ex pyxide frigidaria⁴⁸ carnis laminulas⁴⁹ assas proferunt, frustula pernae,⁵⁰ farcimini,⁵¹ ova obdurata vel mixta⁵² pisces frictos, poma condita,⁵³ mala aurea.⁵⁴ Catinos ex porcellana non deferunt sed ex aluminio, nec corniculum seu rhytium⁵⁵ vitreum, sed utriculum⁵⁶ et phlascam seu ampullam rubidam⁵⁷ aut cucurbitulam.

Ephebi qui, iam homines haberi volunt, pyxidem tabacariam⁵⁸ exhibent, et volvellam contorquent,⁵⁹ deinde in pingui recessu bajonulan⁶⁰ arboribus adnectunt et meridationi⁶¹ et somnulo indulgent, dum alii ludis oblectantur.

Vocabularium

| | | |
|--|---|--|
| 1 versicolor, oris, de color variado. | 16 pabulum, pasto en general. | 28 rusticatio, onis, (vida) de campo. |
| 2 ornare (variegare), esmaltar. | 17 casula, cabaña. | 29 indulgere otioso vitae cursui, divertirse. |
| 3 pubescere, lozanear. | 18 aquatio, onis. abrevadero. | 30 expeditior vestis, vestido algo ligero. |
| 4 mollire, acariciar. | 19 alveus, posebrero. | 31 lorica lanca, jersey. |
| 5 vernare, anunciar la primavera. | 20 herbida prata, praderas. | 32 lorica linteal, cazadora de |
| 6 luscinia, ruseñor. | 21 jentaculum, desayuno. | 33 subucula, camisa. [tela.] |
| 7 termes, itis, ramita. | 22 flos (cremor) lactis, nata. | 34 collare ris, cuellecillo. |
| 8 cantilena, melodía, tonada. | 23 lactarium (caseus mollis) requesón. | 35 bracae strictae adligatae, pantalón bombacho (golf). |
| 9 luxuriare, juguetear, | 24 cuppedia, orum, golosinas. | 36 pedule, is, calcetin. |
| 10 praetervolare, rozar volando. | 25 chiromaxium, cochecito de mano. | 37 sandalium, ii, zapatillas. |
| 11 moliri (dep.), fabricar, acumular. | 26 arcisellum, arcisolum, sillón de brazos. | 38 soleae spartae, cannabinae, alpargatas de esparto, de cáñamo. |
| 13 herba medica, alfalfa. | 27 recessus, us, rincón, lugar resguardado. | |
| 14 trifolium, trébol. | | |
| 15 farrago, inis, pasto segado en verde. | | |

| | | |
|--|---|--|
| 39 vivarium, parque de animales. | 48 pyxis frigidaria, fiambra. | 56 utriculus, bota, |
| 40 aquae dejectus, us, cascada. | 49 laminula, tajada. | 57 phlasca, ampulla rubida, cantimplora. |
| 41 sinum, i, bote. | 50 perna, jamón. | 58 pyxis tabacaria, petaca. |
| 42 thermophylacium, termo. | 51 sarcimen, iñis, embutido. | 59 volvellam contorquere, liar un cigarrillo. |
| 43 strata, carretera. | 52 ova mixta, tortilla. | 60 bajonula (lectus pensilis) bamaca. |
| 44 viale, pista. | 53 poma condita, frutas en conserva. | 61 meridatio, onis, siesta. |
| 45 vialè automobilium (aptum), autopista. | 54 malum aureum, aurantia, naranja. | JOSEPHUS M. ^a MIR, C. M. F. |
| 46 mantica, mochila. | 55 cornu, corniculum, rhy- | |
| 47 prandium siccum, comida en frio. | tium, porrón. | |

Alabonae, X Kal. April, a MCMXLIII.

JOSEPHUS M.^a MIR, C. M. F.

Vir Celtiberis...

(Mart. I. 49)

Excelente varón, de cuya gloria
debe ser Celtiberia
pregonera; tú, honor de nuestra España,
verás a la alta Bíbilis,
Liciniano, la de aguas excelentes
y esclarecida en armas;
Al estéril Moncayo, coronado
de sus perpetuas nieves;
del sacro Vadvicor, la hirsuta cresta;
del ameno Botrodo
la selva nemorosa, que Pomona
feliz, bendice y ama.
Podrás, bañarte en las templadas aguas
del Congedo, y en lagos
de sereno cristal y rientes ninfas;
y en el Falón humilde
refrescarás los relajados miembros.
Tendrás placer subido
en perseguir las fieras de Bubierca.
Burlarás los calores
bajo las sombras del dorado Tajo;
podrás en la Dicerna
tu sed calmar, o en la Nemea fría.
Cuando diciembre cano
descargue su rigor y brame el cierzo
podrás a Laletania
volver y al dulce clima de Tarraco.
Gamos y jabalíes
cazarás, en el lazo sorprendidos;

con el veloz caballo
darás alcance a las astutas liebres;
Traerás al mayordomo
ciervos. En torno del hogar cebado
por el vecino bosque,
los rapaces verás desaliñados
danzando junto al fuego.
Será llamado el cazador, rodeado
de vecinos y amigos
en los banquetes, mirarás tu mesa.
Ni aquí la media luna
verás en el calzado, ni la toga,
ni la ropa olorosa
recientemente en púrpura teñida.
Seguro del horrible
Liburnés, del cliente fastidioso,
de la imperiosa viuda.
No amargará tu sueño el reo pálido,
y el sol ya bien nacido
aún dormirás. Busque otro la locura
de ser llamado sabio.
Compadécete tú de esos felices.
De gozo verdadero,
no de hinchada alegría, tú disfruta,
mientras Sura tu amigo,
busca ansioso mentidas alabanzas.
Es justo que la vida
por sí mire, alcanzada ya la fama.

F. JUBERIAS, C. M. F.

Per Orbem

Certamen poeticum romanum

Pater Victorius Genovesi S. J. fidibus latinis et doctus et assuetus ludere, qui contentione internationali ante paucos annos Amstelodami jam praemio decoratus fuerat, certamine *Ruspantini*, Romae pro anno 1942 indicto palmam superior tulit. Eum S. Rituum Congregatio socium hymnographum sibi adjunxit. Carmen Romae laurea donatum *Sirpiculus Chartarius* inscribitur quo nihil jucundius legas ingenioque plenius. Is fuit poetarum mos ut ex vitae minimis ad altiora poesis adsurgerent.

De lingua latina apud hispanos hodiernos

De linguae latinae cultu de ejusque inter hispano renato argute disseruit apud *Razón y Fe*, (Febr. 1943, pag. 102 ss.) Pater Ignatius Errandonea, doctissimus vir. Placet nobis scriptum ejus lectoribus breviatum tradere.

Novus studiorum ordo anno 1938 a Franco Duce promulgatus, licet notares in eo quosdam naevos, attamen ex auctorum et sollertia et consilio, ex profectu dissentium, ex miro denique fructu ubique percepto, est prorsus probandus ac pro viribus tuendus.

Septem annos pro lingua latina niūm temporis esse? At si studium linguae latinae vigens apud alias gentes, easque, Galliis Italiaque exceptis, non latinas, cum horis pro hac disciplina in Hispania constitutis vel leviter comparaiveris, hoc minime affirmabis.

Germania:

| | | | | |
|--------------------|----|-------|----|-----------|
| <i>Bavaria</i> : | 62 | horae | in | hebdomada |
| <i>Prusia</i> : | 42 | " | " | " |
| <i>Hungaria</i> : | 45 | " | " | " |
| <i>Italia</i> : | 45 | " | " | " |
| <i>Belgium</i> : | 42 | " | " | " |
| <i>Hollandia</i> : | 40 | " | " | " |
| <i>Galliae</i> : | 31 | " | " | " |

Status Confoederati Americani: 32
horae in hebdomada.

Anglia: 26 horae in hebdomada

Canada: 25 " "

Hibernia: 24 " "

Cur ergo septem annorum decursu, non vero breviter at intensius, linguae latinae vacandum? Quia facilius discitur, fructuosius studium est, immo et rationi magis consentaneum.

Id enim tenacius retinebitur quod sine mentis defatigatione, animo constanti, per longum tempus et amore et studio assecutum.

Quinam, queso, latīnam linguam hic et nunc apud hispanos teneant? Praeter unos ferme viros qui ad disciplinas ecclesiasticas incumbentes eam ex officio attingunt, ceteri, proh dolor!, fere omnes cum sententiam latinam afferre conantur, misere prolabuntur; Ecclesiae documenta, Liturgiae pulcherrima inviti vetantur degustare. Nec linguam latinam Ecclesiae catholicae vel tantum clericorum rem esse inconsulte dicas, nam ubi operum de classicis studiis recensiones prae manibus versaveris tibi primo aspectu persuadebis ex centum scriptoribus decem esse catholicos, unum tantum sacerdotem vel religiosum.

Brevi: novus studiorum ordo, pro eo quod ad litteras latinas attinet, is demum est quo in antiquum statum Hispania, Magna Mater, tandem restituatur.

Fridericus Plessis

Lutetiae Parissiorum die 29 januarii an. 1942 factorum scriptorumque gloria meritissimus naturae concessit D. Fridericus Plessis, natione gallus. Litteras apud varias Galliarum universitates multos annos edocuit, philologiam atque historiam coluit, idem poeta gallus «Vergili et Homeri poetarum divino melle nutritus»:

«Nourri du miel divin de Vergile et d'Homère». Inde ab adolescentia poesis latinae studio devinctus, opera nonnulla composuit, quorum prius «Etudes criti-

ques sur Properce et ses elegies» (Paris, Hachette, 1884) ei nomen haud exiguum comparavit. Merito quidem nam in ea dissertatione condenda nulli pepercit investigationi, immo ad Wolfenbüttel iter fecit Codicem Propertii «Neapolitanum» ibidem asservatum ipse consulturus.

Praeter «*Traité de metrique grecque et latin*» (1889), *Vergilii · bucolica, Horatii odes mirifica eruditione veroque poesis sensu notationibus illustravit*. Sacris morientum praesidiis munitus diem supremum obiit. Magna sapientis gloria, major Christiani. — E. MESA, C. M. F.

Bibliographia

A. M. Guillemin. — *Je parle latin - Lucius et Quintus; classe de sixième.* Paris, Hatier, 8, R. d'Assas.

Parvulus quidem liber sed methodo, doctrina, amoenitate jucundus. Libellus triginta capitibus constat, quibus res praecipuas ad romanorum vitam spectantes Lucius et Quintus pueri narratione et dialago referunt.

Unicuique capiti — quod pagellam complectitur — aptata pictura prostat, in altera vero pagina vocabularium sequitur. Deinde ex vocabulis traditis et doctrina, iudi conficiendi seu exercitationes, quaestiones, scriptiones, quibus exerceantur alumni, consequuntur. Sic ediscenda latinitas, sic scholae taedium sublevandum, sic parvuli plurima romanorum vel in primo curriculo cognoscent et paulatim memoria tenebunt! .

Benevolum animum et gratulationem accipient operis scriptores et editores rogamus, et quae sequuntur notare et recognoscere velint: p. 18, l. 1^a in; p. 50, l. 1^a; in; p. 33, l. 18; in domo; p. 70, l. 14; ad; p. 72, l. 9; colligentur; p. 97, l. 15; ad; p. 110, 14; velato; p. 122, l. 1^a; a; verborum regimen adponendum quoque censimus.

F. Peeters. — *Quelques beaux vers d'Ovide.* — Bruxelles, office de Publicité, 36, R. Neuve.

Operis titulum toti libello haud respondere censeas, cum illud perlegas: in eo Ovidii vita, opera, grammatica, sermo, dicendi genus, metrica ejusque virtutes, nomen et fama, manuscripta, editiones optimo judicio (in morum naevis forte benigno) recensentur; ac quamvis ea strictim tractentur ex allatis scriptoribus et bibliographia et in primis ex

complemento *Le c in du chercheur et du curieux*, plenam de poeta sententiam lector ipse tibi haurire poteris. Fragmenta allata, ut Ovidium in omni carminum genere habilem poetam et mundi cognitorem exprimant, scopus habent.

His annotationes historicae praeficiuntur, quae ad alios antiquitatis scriptores ac recentioris aetatis imitatores sese referunt; scita et elaborata commentaria ad calcem adjiciuntur. Vel ex minus verecundis sedula manu quae litterarum margaritae cuidam forsitan videantur, colligit scriptor, quae dominulae nostrae cognoscere amabunt.

M. Dolç. — *Antología epigramática de Marco Valerio Marcial*, selección, versión y comento. — Palma de Mallorca, imp. de Mn. Alcover; 9 ptas.

Inter alia, quae nomen et gloriam M. Valerii Martialis tuentur ejusque opera et memoriam — dum decimum nonum saeculum a nato poëta recolimus — diffundere curant, haud ignobilis certe locus Dno. Dolç ejusque operi tribuendus.

De vita, operibus, versuum genere, de subtili dicendi aculeo, de lasciva pagina — de qua ipse loquitur poëta — aequum judicium profert Dnus. Dolç. Selectiōnem seu anthologiam — uno alterove versu excepto — optimam ducimus; eleganti dictione hispanica ornata lectoribus translatio praebetur; adnotaciones metricae, grammaticae, historicae majorem adferunt textui et versioni claritatem. Non nulla tamē pressius ad mentem et sententiam poëtae verti forsitan possent. Ea tamē nullatenus operi insufficient, cum omnibus pateat quibus versiones difficultatibus scateant.

J. M^a MIR, C. M. F.

de un paréntesis — en 265; aquí bastaría el optativo sin las partículas εἰ γάρ: μηγαστήρου ὄμιλγετεν Ὀδυσσεύς: «ojalá viniera así a conversar con los pretendientes». La desiderativa fué el punto de partida para la oración condicional. — έν προτύπῳ θύρῃσι, en el primer umbral de la sala de los hombres.

256. σταῖη, se presentara firmemente, de pie, de πετηνῇ, stare. — πήληξ, γηνός (pélvis, bacía) yelmano. Atena imagina a Ulises presentándose armado de todas sus armas, (πήληξ, ἀσπίς καὶ δόρυ δούρε) excepto la coraza, de que no se hace mención en la Odisea. Recuérdese el pasaje de Tucídides, I, 6, en que alude a la costumbre antigua de viajar armados.

257. τὰ πρῶτα, la vez primera. — ἐνόγκα, de νοέω, ver, contemplar. La raíz νοῦς de este verbo indica que la visión o contemplación es atenta y consciente. Cf. v. 58.

258. πίνοντά τε τερπόμενον τε, habiendo alegramente en el banquete; τερπόμενον, se refiere a la comida, por oposición a πίνειν.

259. Ἐφόρη, Efira, que Bérard quiere identificar con la Co-

rinto de Medea. Yendo, en efecto, Ulises de Itaca a Corinto tiene que pasar por Taifos, (jefe de los piratas Taifos es Mentes Atena), en la desembocadura del Aqueloo y junto a las Islas de las Punzas (Echinæ) cuyos parajes va a buscar Telémaco, viniendo del Peloponeso. — ἀνίστα, volviendo de: de ἀνεψιῷ. — Μεριπερίδης, hijo de Mérmero. Comp. μέρμερα ἔργα, bazañas, expresión frecuente en la Ilíada (Θ 453, Κ 48 etc.)

261. ἀνδροφόνος = ἀνδρα κονέυων, mortal, mortífero. — διζηγματι, buscar.

262. ἥος, οὐ dardo. — χρῖ, εσθιαι, de χρίω, untar, ungir; infinitivo de fin, uso frecuente en Hom. El envenenar los dardos es uso sólo en este pasaje mencionado por Hom. — χαλκήρης, ες, de χαλκὸς, bronce, y la raíz αρ- (ἀραΐσκω, adaptar), aeratus, aereus, — οὐ οὐ, se hace resaltar la negación; οὐ, del antiguo fol.

263. φα, naturalmente, como debe suponerse. — νεμεσίζετο, νεμεσίζομαι, de νεμεσίς, me pudet, succinco, «temía a los dioses». Sin embargo, el temor a los dioses no le impedía guardar el veneno y ha-

cer uso de él cuando viniera el caso.

264. φιλέστηκε, forma de imperf. iterativo de φιλέω. — αἰνῶς, terriblemente, mucho.

266. πάγτες κε... Se ve aquí cómo se está formando la condicional que fué originariamente una desiderativa: ¡ojalá viniera Ulises! En este caso, todos serían de breve destino (ὅκιμορος) y de amargas bodas (πυρόγαμος).

267. ἐν γούνασι, en las rodillas de los dioses, es decir, sin resolverse todavía, como si los dioses no hubieran aún alargado la mano para tomar la cosa por su cuenta; γούνασι de γόνυ, gen. γονέος. La influencia de la F desaparecida determina la prolongación: γουνός etc.

268. ἦ - ἦτε, orden inverso al del v. 175; ἦτε = ἦτε, cuyo segundo elemento es igual al lat. ve. — ἀποτίζεται, mejor que ἀποτείζεται (Bérard) de ἀπότιμον, reddo debitum, rependo...; med. «efficio ut mihi quis rependat quae debet, uliscor, punio.» (L. H.) En cuanto al tiempo cabe considerarlo como futuro con κεν y mejor (Cauer) como subj. con vocal temática breve. (Cf. v. 41, 101 etc. — οὐχι, refuerza la negación οὐ.

269. ἄγωγα, perf. defectivo, mando; de ahí se formó un presente ἄγωγι.

270. ἀπώσεαι, arrojes, de ἀπωθέω. La voz media indica que la acción interesa a Telémaco, más bien que tener él que realizarla: «a me removeo, vi abicio a me». (L. H.) La forma es subj. como en 268. Puede ser también fut.

271. εἰ δ' ἄγε, mas, jeai Este uso interjeccional de εἰ explica que preceda a oraciones de deseo, como en 255: al pasar la desiderativa a condicional, εἰ se convierte en conjunción. — ξύνιστ, imp. de ξύνιγμι, etimológicamente *con-icere*: entender, percibir, oír. — ἐπιτάξο, imp. med. de ἐπιτάξομαι, de etimología incierta. La antigua παρά πὸ ἐπιτῆς ἦ παρά τὸ ἐμπατος, palabras relacionados con πᾶς, todo, puede servir para recordar el significado: «atender, poner todo cuidado, empeño, atención en algo...»

272. ἥρωας Ἀγαύες, son aquí los hombres libres de Itaca, que si no eran héroes de hecho, estaban siempre en potencia «propincua» de serlo.

273. πέφραδε, imp. aor. con reduplicación de φράζω: mostrar, manifestar. — ἐπι adv.: sobre ello

274. σφέτερα, neutro plural, *a lo suyo*, es decir, *a su casa y bienes*. — σκιδώμαται = σκεδάννυμαι, *esparcirse, derramarse*. La misma raíz que lat. scid-i, de scind-ere, bender, partir. — ἄνωχθι, imp. de ἀνώνται con desinencia -θι sin vocal temática, como ἔσταθι, τέθ-ναθι; *manda, ordena*.

275. μητέρα, *a tu madre...* El acusativo que sigue, dependiendo de ἄνωχθι, se quiebra aquí y deja que la frase tome otro giro más en consonancia con el respeto filial. No habrá de mandarla el hijo, sino que se deja la resolución al impulso libre de su ánimo. Compárese el lenguaje inconsiderado de Antínoo en § 113 y sigs. y la respuesta respetuosa y sensata de Telémaco en § 130 y sigs. — ἐφοριάται de ἐφ-οριάσσω, *impulsar, ansiar*.

276. ἵνω, concessivo, *que vaya, puede volver a casa de su padre*. — μέγα δυνατένοιο, *muy poderoso; μέγα hace aquí oficio de superlativo, como lat. valde, etc.*

277-8 Parecen dos versos traídos aquí inoportunamente de su propio lugar § 196-7. — οἱ δὲ: Si οἱ δὲ se interpreta por los padres, como en § 196, ἔσθνα sería la dote que debía llevar la hija, y se

comprende que los pretendientes digan en β que ha de ser cual corresponde y dice bien a hija de tales padres. Si se entiende οἱ δὲ de los pretendientes (Bérard), ἔσθνα recobra su sentido ordinario de «regalos del esposo al padre de la novia» (según la Ilíada A 244 y sig., consistentes en bueyes, ovejas, etc., que eran el precio de la mujer).

279. πυκνών, adv. de πυκνός, de donde πυκνός, denso, espeso; acabado, perfecto; prudente. — ὑποθήσομαι fut. de ὑποτίθημι, *pongo bajo tus pies, te aconsejo*. — αἱ χεῖ, sentido de eventualidad, que ya tiene de suyo el subj. y que las partículas refuerzan: *por si me vas a hacer caso*. — πιθγαται, de πειθόμαται, *obedecer, creer*.

280. ἀρτας, de ἀρ-αρίσκω, *preparar, equipar*. — ἐπέτης, nomen agentis de ἐπέττω, remar; ἐπέτηγι dat. sociativo.

281. ἐρχεο πευσόμενος, *marcha a preguntar, a buscar noticias* (πυνθάνομαι). El part. futuro tiene casi siempre un matiz de finalidad. — δῆν = δύρον, lat. diu.

282. ἢν = εἴναι. Subjuntivo (εἴπηστ) de eventualidad, como en 279: «por si alguien te dice o cuenta de él». — οἵσσαν, ναζρου-

μον, palabra; de origen incierto; se atribuye a Zeus; de *Foz-y-a (zy == οἱ), la misma raíz que lat. vox, vōc-is y que φεπ-ος, φεπ-εν. El género «animado» Fossa indica que se concibe esta voz de Zeus como algo vivo, que en efecto se personifica.

283. ἐξ Διός, de parte de Zeus, referido a οἵσσα, la que en B 94 se llama Διός ἄγγελος y anima a los aqueos a reunirse en asamblea. — κλέος, de la misma raíz que κλίω, oír, significa aquí rumor, noticia, lo que se dice y oye.

284. ποῶτα μὲν... verso dacítico puro. — εἰρέο, de εἰρομαι v. 188 = ἐρωτάω, en Hom. εἰρωτάω: preguntar, interrogar. La raíz sería ερ, buscar, (*ἐρ-γομαι, de donde εἰρ-ομαι) distinta de φερ, decir (verbum, εἰρ-ω, de φερ-γω),

285. Σπάστη δὲ, la partícula locativa δὲ escrita separada del acusativo. — ξανθός, el rubio Melelao. Aquiles es también de rubia cabellera, pues apareciéndose Atenea en lo más violento de la contienda de los dos caudillos en la Ilíada A 179 στὴ δὲ πάθεν, ξανθῆς δὲ κόρης θεοῦ Ηγελεωνα.

286. οἷς, demostrativo, como en el át. las expresiones οὐαὶ οἷς, οἶ-

δοῖς (dijo éste). — δεύταρος, el último; de la misma raíz que δεύομαι «estar falso», egeo. El át. solo conservó la forma de comparativo δεύτερος. La significación de «segundo» se explica muy bien por el sufijo -τερος, que indica relación entre dos. — χαλκογίτηνον, de broncinea malla, o cota; este epíteto que en la Ilíada caracteriza a los aqueos y griegos en general solo ocurre en la Odisea dos veces, aquí y en δ 496, también en gen.: ἀργοῖ A. χαλκογίτηνον. Era esa cota o tejido de mallas, que cubría y protegía al guerrero homérico, de un tejido de lino, como el del γιτόν, túnica, diferente del fieltro o lana de la κλαία, manto.

287. βίοτος, οὐ = βίος. En 160 βίοτος significa más bien «los bienes», como medios de vida, que los pretendientes consumen rápidamente (φέτα). El sufijo -το indica acción: θάνατος, «el acto de morir, la muerte». — γόστος, la vuelta, de νέομαι etc.

288. ἢ τε, afirmativa, cierto, por cierto; frecuente al principio de la apódosis de una condicional. — τρυχόμενός περ, concesión, por muy abrumado que estés por los pretendientes; de τρ-ά-χ-ω, raíz

τέρ (contér) con prolongamientos. — τλαίγις, de ἔτληγ, la misma raíz que τλά-ας, *miserable*, y que el lat. toléro, tuli; al. *dul-den*, sufrir, *Ge duld*, paciencia. El optativo está puesto para mitigar la dureza de un imperativo. El optativo es el una fina forma de urbanidad: aticismo. Por eso lo fué perdiendo la lengua a medida que el espíritu griego perdía su finura y delicadeza.

289. τεθνγρήτος, gen. de τεθνώς, át. -εώς. Sintácticamente debe interpretarse: «Si oyes hablar de tu padre como de hombre que ha muerto y no existe ya...» El gen. indica que la noticia es indirecta, recibida de oídas de otro.

290. δῆ επείτα, con sentido consecutivo, enlazándose con la condicional anterior. Se nota otra vez el paso de lo temporal a lo consecutivo. *Post hoc, ergo propter hoc*. La lengua comete el sofisma con la mayor naturalidad...

291. σῆμα, *sepulcro*, que en este caso sería un «cenotafio». — γεῦαι!, inf. aor. de γέω (*γεF-*) *derramar*, es decir, levantar un túmulo o montón de tierra. El inf. tiene aquí valor de imperativo, uso indo-europeo, conservado aún en

las lenguas romances, sobre todo con negación: *Ne pas fumer. No chistar!* Su empleo está limitado casi exclusivamente a acción de futuro lejano. — κτέρας κτερεῖαι!, *hacer las horas fúnebres*. Figura etimológica o acusativo interno: κτέρας, pl. κτέρεα de κτερῶται, *poseer*: «Eae res quae sepiendi traduntur ut secum auferant, i. e. cum iis in rogo cremantur: maxime eae res quae iis in vita carissimae fuerunt, deinde sensu latiore: extremi honores qui mortuis habentur, inferiae, justa funebria». (L. H.)

292. ὥστα ἔοικε, *quanta decent*. — δοῦναι, inf. imperativo. No deja de ser extraño que sea el hijo quien disponga de la mano de la madre viuda para entregarla (*δούναι*) al pretendiente afortunado. En 276, en § 53 y sigs., 114, es el padre quien dispone de su hija.

293-302. Estos diez versos son considerados por Bérard como una grosera interpolación y dentro de ellos el 300 como una «sobreinterpolación». Mas ¿no es el canto α entero una total interpolación a la Odisea? ¿Y qué es la Odisea? La de Bérard, una maraña de interpolaciones...!

293. ἔρξης, de ἔρδω y éste de *εργ-yw (γ=ξ). Otra forma del mismo verbo es ἔρξω (Ἐράξω, grado cero de Ερ-).

294. κατὰ φρένα, *en tu mente*. — καὶ κατὰ θυρόν, *en tu corazón*. Lo que la mente piensa debe aceptarlo y decidirlo el corazón; (θύρος, ánimo, la misma raíz que el lat. *fu-mus*, *fu-ror*; θύω, *furo*).

295. ὄππως χε, determinado por φρέσσθαι: *busques la manera, como logres dar muerte...* — ἐγί μεγάροισιν, *en el palacio*. El μέγαρον, parte principal, se toma por el todo. El plural es sin duda debido a exigencias de «su señorío el dátilo»: ἀνάγκη τοῦ μέτρου. Que los pretendientes hubieran de seguir en el palacio después de «dar la madre a un marido» (v. 292) es incomprensible.

296. ἀμφαδόν, *descubiertamente, de ἀναφαίνω: aperte, palam.* — οὐδὲ τί, otra lección (Bérard etc.) οὐδέ τί, el sentido es levemente diverso: en el primer caso: «Ni tienes ya en adelante (τί) que portarte como un niño». En el segundo: «Ni has de portarte para nada... (τί refuerza la negación οὐδέ).

297. νηπιέας, codd. νηπιάς de νηπιέη, *niñez*. «Es de saber

— dice Eustacio — que no es lo mismo νηπιέη que νηπιά, como en νηπιάς; οχέτιν, sino que éste significa la falta de inteligencia y νηπιέη la edad del niño». En realidad νηπιάς es una falsa asimilación, semejante a las de ὄρω por ὄρεω. La diferencia de sentido que Eustacio descubre, se debe al número: el singular es un abstracto: νηπιέη, *la niñez, puerilitas*; el plural indica «actos de niñez», «puerilidades».

Comp. μανία, *la locura y maníac*, *locuras*; lat. *laus*, gloria y *laudes*, alabanzas. — οχέτιν (οχος, coche, de la misma raíz que lat. *veho, llevar*), *andar en niñerías*. — τηλίκος, *de tal edad*; puesto que no eres niño. — ἐστι, forma regular originaria: ἐσ-μι, ἐσ-σι, ἐσ-τ... Deducir de aquí las formas áticas.

298. ἵ οὐχ, métricamente una sola sílaba (sinécesis). — αἴω, *oir, saber*. La frase puede traducirse literalmente: «O es que no has oído la fama que...» La disyuntiva ἢ supone una elipsis: «tengo razón o es que...?» αἴω de αἴω, lat. *audio*. — ἔλλαρβε, de λαμβάνω, *tomar, adquirir*. La forma ἔλλαρβε es hom., át. *ἔλλαρψ*; se explica por la reduplicación del grupo σλ- de la raíz σλάβ- El pf.

át. εἴτηρα supone *σέσληραι; Ἑλλάς no es por lo tanto *metrische Dehnung*.

299. πάντας. εἰν' ἀνθρώποις, entre todos los hombres. Claro acusativo de extensión, no «regido» por ningún verbo de movimiento ni por la preposición εἰνί. La extensión la indica por si el acusativo. — πατροφόγευς, no puede traducirse por «parricida», ya que Egisto no mató a su padre, sino al padre de Orestes; πατροφόγος es el «parricida qui patrem suum occidit». (L. H.) cf. γ 197, de donde proviene la sobre-interpolaración del v. 300.

300. δολοφύτης (μητριόμαι), taimado, astuto. — οἱ τοι, de *ἔφοι, reflexivo: *sibi*. — ἔκτα de κτεῖν, como el ἔκτα de 299; ἔκτα es aor. radical como ἔστη, ἔβη, pero con vocal radical breve: ἔκτα de ἔ-κτν (y vocalizada).

301. καὶ τού, φίλος, así también tú, amigo; φίλος es nom.-voc., como en γ 313, δ 413. El nom. θεός se emplea siempre como voc. (Comp. lat. *Deus*). — μάλα γάρ... es un paréntesis anticipando la razón de la exhortación que dirige a Telémaco.

302. ἀλκιμος (*ἀλκή*, fuerza, vigor), valeroso. — ἔσσ(ο) no εσσ, forma media de imp. de εἰμί. Recuérdese que todo el fut. es voz media: ἔσσο-μαι... — ὥψιγον (ὥψ, tarde; γονος, descendencia) posteri, los descendientes («quequ' arriere-neveu», Bérard).

303. κατελεύσομαι, bajaré, de κατέργομαι. La tierra es siempre alta con relación al mar: κατὰ = hacia abajo.

304. πού, sin duda; comp. con 197 y 199. De la indeterminación local se pasó a la indeterminación lógica. — με, hay que referirlo a μένοντες y éste como causal a ἀσχαλόνους: «se impacientan esperándome», me esperan con impaciencia.

305. τοι δ' αὐτῷ μελέτω, tú verás lo que haces, a ti te toca la decisión, después que yo te he aconsejado.

307. γι τοι, afirmativa, cierto, ciertamente. — φίλα φρονέων, con buena intención, como amigo; φίλα puede tener valor de adverbio; φρονέω (de la misma raíz que φρήν, φρενός, mente), además de su fundamental significación de «pensar» con matiz de «sapere», se refiere

también a la disposición interior, de amor, benevolencia, odio, que suelen expresar adj. o adverbios que le acompañan: «sentio, animo affectus sum.» Cf. α 43.

308. φ., de ὅς (de *σφος, *σφη, *σφογι lat. su-us). — λέπομαι, fut. de λεπίσθων y λέπθω, olvidarse; de la raíz *la-, de donde gr. λα-ll- y λη-ll- y lat. la-te-o. Nótese como λεπίσθω es latere; pero λεπίσθω es *obliviscor*. Voz media griega y deponentes latinos expresan los matices subjetivos, afectos, sentimientos, etc.

309. ἐπειγόμενός περ, part. concesivo, «por más que tengas prisa por el viaje» (όδοιο); ἐπειγόμενο, tener prisa; en la significación fundamental de «prisa», va como encerrada la de «deseo», «gana»; de ahí el «régimen» de genitivo (όδοιο): T 142, 189: ἐπειγόμενός περ Αργούς.

310. λεσσάμενος..., a fin de que una vez te hayas bañado y recreado a gusto (φίλον κτίρο). «Las excavaciones de Tirinto y de Cnosos nos han descubierto estos viejos palacios provistos de las comodidades higiénicas: cuartos de baño, alcantarillas, etc. Entre los tiempos hom. y la edad clásica Grecia co-

noció un lamentable retroceso de la civilización y del bienestar, una verdadera Edad Media, bajo la brutal invasión de los Dorios, después de la invasión menos desastrosa de los Aqueos.» (Bérard). λεσσάμενος de λεύμ, de la raíz λε- (λευπτος, impurezas), prolongada en λευ, lat. *lav-*, gr. λεύμ, lat. *ab-luo, laevare, laetus*. En las formas hom. se da una prolongación en ε, λοφ- y λοφε. La doble σ es analógica. — τεταρπόμενος, part. aor. con reduplicación de τέπτω. Comp. πέπτωδε 273. La reduplicación en el aor. no pasó a la lengua clásica más que en dos verbos: γεγέκον y ειπον.

311. δομον ἔγων, el participio está aquí tan atenuado en su sentido que puede traducirse por una preposición: con el don o regalo. — κιγις, de κίν, relacionado con κινέω, κινηται, lat. ci-tus, cito: moverse, ir, marchar. Los poetas lo aplican a hombres y animales; rara vez a cosas inanimadas.

312. τιμῆσν, precioso, de τιμής, -εσσα, -εν. — κειμέλιον, de κειμαι, tesoro que «se guarda» como recuerdo.

313. οία, de οίος, *qualis*. El enutro plural pudiera referirse a

δῆμα, o bien interpretarse como adverbio: «como..., cual suelen los huéspedes.» — φίλος, con amor, por amistad. Tiene sentido activo como en ζ 208 δήσις διέτη τε φίλη τε, don pequeño pero con amor. — διδύνειν, por át. διδύνειν. La forma διδύνει (como τίθεσι, de donde se formaría el singular παρ-τίθει 192) con acentuación analógica de ιστάσι (de un supuesto ιστίναι) es forma normal con la desinencia -ντι de presente: διδύνει, τίθε-ντι, ιστά-ντι, de donde διδύνει, τίθε-ντι, ιστά-ντι.

315. ξατ-εργόν, v. 14. El preverbio ξατά da sentido de acción acabada, y en contraste, λικαίου-πένος está recalado por la part. περ: «Con que estoy ansiendo la marcha, y me quieres retener aquí todavía...» — λικαίου, v. 15.

316. ὅτι: por finura deja indeterminado el regalo que quiera hacerle: ὅτι de ἵδη τι, quod-cumque. — ἡτού, v. 48. — φίλος ἡτού, tu corazón.

317. φίτις, iterum (α>). — ἀνεργοφένω, part. de ἀνεργοφένω, volver: «Me lo darás a la vuelta.» — δόμεναι, inf. imperativo. Nótese su relación con lo futuro. Cf., v. 290 y sgs. — φέρεσθαι!, para

llevarmelo; inf. con sentido de fin.

318. καὶ πάλα κατόν, y por cierto que lo escogas muy hermoso. Alude en tono de broma al πάλα κατόν que dijo Telémaco en 312; καὶ refuerza aquí la expresión. — τοῖ, acentuado, porque está dicho con intención. — ἀζην (δημόν) ἀζηνής, tú tendrás otro don digno del que me hayas ofrecido. Ya Telémaco había aludido a la reciprocidad de regalos: ξεινοί ξείνουσι διδύνειν, (313) como si dijera οὐαγήσαις.

320. ἀνίτανα, palabra discutida ya por los antiguos. Schol.: Aristarco la tiene por nombre de un ave (opinión que sigue Bérard: «Comme un oiseau de mer...»); Herodiano lo interpreta por ἀνίπτον, sin ser visto; otros, por fin (entre los modernos Cauer) por ἀνά βιτόν, ἦ καὶ ναυπνηδόνος κατεῖται. Atena se fué volando por la chimenea, como una bruja... Más generalmente δητή es ventana u orificio abierto en la pared o en el techo para dejar entrar la luz (raíz δη, δημόν, ver) y también para que se vaya el humo. — διέπτατο, aor. de διατέπειν, volar a través de: διά δητή, διά τὰ ἀνίτανα (interpretación de Cauer).

321. θῆξε πένος καὶ θάρ-
τος, le infundió ánimo (πένος) y valor, audacia (θάρτος). Este era, precisamente, el fin de la visita, enardecer (ἐπιτρόπευε) a Telémaco y darle valor. Cf. 88 y sgs. Los aorístos θῆξε, ὑπερινγέτεν corresponden en castellano a pluscuamperfectos: acción pasada anterior a otra también pasada: Cuando Atena se fué volando, ya le había infundido valor y hecho recordar a su padre... El griego no percibe como nosotros los momentos de la acción, sino que le interesa más el modo de su proceso; aquí, aoristo ingresivo, el punto de aparecer Telémaco con nuevo valor y ánimo.

322. ὁ δὲ φρέσιν ἤτι, la visión se realiza con los ojos; la consideración o comprensión de lo visto, en la mente: φρέσιν ἤτι — νοέω, es a la vez ver (por ej. 58) y considerar, como aquí; de ahí se sigue la admiración, el estupor (θαυμάσιον) que tiene su asiento en el ánimo (θυμός).

323. οἴσατο, de οἴσαι, creyó, pensó.

325. τοῖστ, dat. locativo, entre ellos. — ἀοιδῶς, (nomen agen-

tis de ἀοιδῶ), cantor, aedo, no «aeda», terminación en «-a» que no justifica la desinencia griega. Lógicamente debiera también decirse «rapsodo», no rapsoda, aunque nos parece está aquí la forma en a más arraigada. — περιχλυτος, muy ilustre, el más famoso; περι da sentido de superlativo (περιπάτων εἶναι). Comp. περικαλλής, perpulcher (α, 153, οἱ περιποιηταί π.); περιηγέτος, «eximiam longitudinem habens, per magnus», etc. Otras veces περι = ὄψις (περίψις), ωστος, de ςλύζω, bañar, «circumfluo», etc.

326. εἰσατο (otra lección ἤσατο) de ἤσαι. La desinencia -ato, de -vto, (n vocalizada) como en 23 δεδαίσ-
ται por δεδαίνεται, como λέισ-νται.

327. λυγρός, doloroso, desastroso, de la misma raíz que lug-eo, luctus. Nótese la aposición de λυ-
γρός y su colocación aparte, para destacar su importancia. — ἐπε-
τείλατο, ordenó, dispuso, aor. de
ἐπιτέλλω.

328. ὑπερινγίθεν. desde el piso superior, donde habitaban las mujeres; forma adv. de ὑπερινγόν (ὑπερινγόν) superior aedium pars; ὑπερινγίθεν se refiere a σύνθετο de οὐντίθεται coloco junto a mí, noto, percibo (comp. ουν-ίημι, concipio,

con-icio). — θέσπις, *divino*, de etimología dudosa, relacionado con θεός y εἴπειν, *divinitus loquens*.

329. κούρη... verso consagrado para nombrar a Penélope. Como tiene tres dáctilos, dió origen a esta curiosa adición al v. 329: ἐξ πόσιν ἐιρθείαια τριδάκτυλος ἔφεράνθη. — περίφρων, *discretísima*, muy prudente. Para περί-, v. 325.

330 κλίμαξ, *escalera*, de la raíz de κλί-γω, apoyarse. Climax es también una figura retórica, que como las más de ellas puede definirse «como escalera por donde sube y baja la vanidad de los escritores que no tienen nada que decir». V. en Bérard (Intr. VII), el estudio de algunos κλίμαξ de la Odisea. — κατεβήσετο, por κατέβη. Es un aor. mixto, *es decir*, mezcla de formas de aoristo fuerte (εβη) y débil (característica σ).

331. ἀπά τῇ γε: la partícula γε hace resaltar notablemente el pronombre τῇ: «No bajó sola; con ésta al menos — otras menos cuidadosas tal vez no lo hicieran— iban juntamente dos camareras».

332. μυηστήρας, acus. de término de movimiento. Primitiva-

mente no requería preposición: ἔρχεσθον κλείγη, *marchad a la tienda...* A 322. La «preposición» era un adverbio que precisaba alguna circunstancia del movimiento (hacia, dentro, entre, en medio... πρός, εἰς, μετά...)

333. στῆ por ἔστη, *se detuvo en pie...* — ἡ, ella, «naturalmente» (ἡ), no iba a entrar en el salón a tomar parte en la sobremesa de los alegres mozos. — σταθμός, *postis januae*, eran batientes de madera a uno y otro lado de las puertas «ἄντεν πήγματα καλοῦμεν» (Hes.), *lo que ahora llamamos ajustes*. — τέγος, εος, (στέγω, lat. tego) *techo*, por ext. *sala, salón*. — πυκνός, *estrechamente*. Comp. πυκνός y πυκνός, *denso, espeso*. Para la desinencia adverbial α, comp. κόρη, σάρα, etc.

334. ἄντα (ἀντί), *delante, de frente; ex regione, ex adverso, contra, ante*. — παρεῖαι, *mejillas*. Hom. no conoce el sing. *παρεῖ, at. παρεά. — σχοινένη, part. aor. de ἔχω, raíz *σε-. — κορύδεινα, *velo, de blanco y finísimo lino* (λιπαρό = delicado y brillante) que ordinariamente caía de la cabeza sobre hombros y espaldas; de κάρα y ἔστη, *arr, en parte medio* (επι-θέ-

μενος. Para el grupo μν- comp. lat. *alu-mn-us*, de *alo*.

335. ἀρά, *como era natural*. — οἱ = φοῖ. — καδύνας, *fiel, diligente*; derivaría de la raíz καδ- que es la de κρδω, κρδομαι, *tener cuidado, preocuparse*.

336. δακρύζασα. part. aor. de δακρύω, (δάκρυ, lat. lacrūma). El aoristo no indica anterioridad, sino el punto inicial de la acción: «rompiendo en llanto».

337. γάρ, causal anticipada: τὸν ἦν γέ σφιν ἀεὶ παρίμενος (339); τολλὰ γάρ ἄλλα οἴδας, *cántales uno de esos, ya que sabes muchos otros...* Otros dicen que γάρ explica el tono airado de Penélope al pronunciar el voc. Φίμε. — δελκτήρια, *medio de encantar*; δελκτήριον de δελγειν (57) con sufijo de instrumento. Cf. κριτήριον. — οἴδας, por οἰδα de οἰδ-θα, forma clásica más primitiva. Es notable que Hom. conoce ya las formas que prevalecerán en la xονγί helenística: οἴδα, οἴδας, οἴδε. La analogía no se extendió en Hom. al plural: οἴδει, ιστε, ισασι.

338. ἔργα, *bazañas*. Uno de nuestros famosos libros de cabalgata es titulado *L. Sergas de E.*

plandián, en que Sergas es ἔργα con una falsa η corrida del artículo.

— τά τε, la part. τε para dar sentido general. No se traduce. — κλείω de *κλεφ-γω, causativo de κλέω *hago que se diga, celebro, canto*. Para explicar κλείω de *κλεφ-γω, recuérdese καίω de *κατ-γω, κλαι-ω de κλαφ-γω.

339. παρήγενος, de πάρ-γω. El cantor está sentado entre o junto a (παρά) los invitados.

340. ἀποπάθεο, imp. voz media de ἀποπάσθαι, *ceso, me abstengo*.

341. λυγρής, en principio de verso, para destacarlo de ξοτόγη, al que se apone.

342. τείπει, *atraviesa, traspassa, taladra*; de τείπω, con sufijo instr. τέπετρον, *barrena, taladro*.

342. καθίκετο, aor. de καθι-νέμεται, *venir, sobrevenir, acontecer*. Sólo usa Hom. las formas de aor. καθίκεο y καθίκετο, dicho en sentido trasladado de las cosas desagradables. — πένθος, forma distinta de la misma raíz que πάθος: *dolor, tristeza*. — ἀλαστον (καθ-έσθαι), *inolvidable*.

343. τοίγν, *tal, que justifica lo que acaba de decir, que su pena*

De erratione Georgii Pelleterii pueri

V. Mulier illa viatoris festinantis comes constitit, et, cum oculos misericordiae plenos defixisset in puerō, qui jam solus ad transennam stans mittebat singultus, conversa ad virum, conjugem certe suum, submissa voce pauca locuta est; tum ambo ad Georgiolum revertuntur. Qui cum sensisset positam sibi in umero manum, sublata facie madida lacrimis balbutiens respondet, quae vir voce de industria blanda interrogat. Non ingredimur iter sine pecunia, mi puer; sed dic, Nizzae ecquid tu fakturus es? —Ad matrem ego pergo, jam diu est, cum non vidi. Hic materna teneritudine femina: O misellum, inquit, et dic, exspectatne te mater tua? —Et magnopere illa quidem; sed si mihi non dant tesseram, non possum me dare in viam. —Apertum id quidem est manifestumque, inquit vir ille, sed hoc mihi dic; mater tua aut pater aut alius quispiam eorum nomine non miserunt tibi quantum satis esset pecuniae, ut ad eos pervenires? —Dederunt tantum, libellas quatuordecim. —Neque satis magna est ea summula, ut Nizzam vehi possis, et aedepol et ipsos hoc nosse oportebat. Forsitan ei miserunt, inquit femina, monetam Gallicam et sunt decepti commutatione.

Ubinam tu hic Taurini habitat?, hic interrogat de improviso homo. Georgius intellecto celeriter periculo, se, si fateretur ex Collegio venire, totum deprehensum iri ab isto viro, qui se etiam tam severis intueretur oculis, quaerens effugium respondit nomen viae, quam percurrerat, quod nomen ideo tenebat memoria, quod ille Taurinensis condiscipulus illa via commodissime ad stationem iturum instruxerat. Tam vero obscurae viae nomen erat, ut ille severus percontator contentus esse videretur et conversus ad feminam diceret: Est, ut tibi dixi principio; puer ad opus faciendum huc missus est. Et ad puerum rediens: Herusne ille tuus dedit tibi tuam pecuniam? Georgius suspicatus finem molestiae indagationis laetus affirmat habere ab hero se pecuniam. Quem ego puto, inquit, immodece parcum esse pecuniae, si quidem tibi ne necessarium quidem dedit viaticum. Femina interim leniter trudens maritum versus transennam foruli tesserarii submissa voce: adjuvadum misellum puerum, antequam agmen ferroviarium abeat. —Videamus ergo, si mederi isti possimus difficultati —sic adfatur homo tesserarium— quantum deest ad justum pretium istius Nizzianae tesserae? —Sexdecim libellae, sexaginta centesimae. —Suppleo ego, dixit trahens ex sinu crumenam et se proclinans ad forulum. Et indignum est, inquit, pauperes hodie pueros a suis emissos in hunc modum circummitti. Mihinc tu id diceis? inquit tesserarius. Minime tibi quidem, ne credideris, sed loquor de quibusdam heris qui istoc modo abutuntur adolescentulis, quos ego ad opus damnandos dieo. Et porrigens fatalem tesseram puerō, cujus facies ob inopinati gaudium auxilii irrubuerat, dixit: Tene hanc, fringuilla, ne perdisderis, hac ad matrem venies tuam. Et magnas Georgiolus reddidit laetasque gratias. Ille: Nimirum syngraphus recte tibi est? saltem syngraphus? Georgius: Syngraphus, quid est syngraphus? —In urbem Nizzam accessus, quem si non habeas, publici custodes in via te reti-

nebunt. — Istum equidem accensum habeo, teneo, inquit Georgius enitens verba, ut si reprimat metum, quem in animo ei exturbabat custodum mentio. — Quidquid est, tua solius ea est res, declarat puero vir cum eo progrediens ad ostium crepidinum stationis, et manu longum ei et anhelans agmen curruum indicans: Ecce, inquit, hocce agmen vehetur Nicaeam. Nunc actutum locum occupa in curru aliquo classis tertiae, neque enim amplius est quod perdas tempus, et bene proficiscere. Sint gratiae, respondet Georgiolus, qui subridebat etiam feminae, quae ei urbano gestu vale dicebat et longo eum prosecuta est obtutu materna pietatis.

Quodsi Georgius tum vidisset, quod intellexerunt, qui haec legerunt, non profecto tam alacer concendisset illud ferroviarium agmen, quo qui se existimaret propinquare caris suis, revera multo avulsus est longius. Nam internationale illud agmen erat, quod a Taurino profectum versus Litus Caeruleum post urbes Cuneum et Ventimigliam per venturum erat etiam Nizzam, sed nequaquam illam Nizzam quo puer se somniabat post urbem Asti venturum ab optima illa matertera exspectatum. Et errare sic ille potuit, ut erat ingenuus et parum expertus, per funestam illam in agendo praecipitationem atque inquietudinem.

Sed tum quidem nihil circumacta mens est ejus cognitionibus tam molestis, qui commodo suo contractus sedebat in currus angulo ad fenestram prospectans tot hominum in crepide ferratae viae praeterstantis adhuc agminis currus ultro citroque itiones. Duo custodes inter turbam lento gravique passu incedentes statim uid se traxerunt suspiciosi pueri oculos, qui ea quasi ambulantia candelabra prosequebatur animo repetens nesci quid spectrorum: quid tandem significasset ille vir bonus, cum de permissione admoneret. Quaenam illa esset permissionis, quis permetteret. Praefecti? An parentes potius? Et si custodes consenso curru de improviso jussissent ostendere, quam se habere confirmasset permissionem... Sed praeterierunt custodes cum dignitate philosophica ne respicientes quidem fenestram, unde eos contemplabatur Georgius.

Hic quidam crustula clamat et chocolatea et bis coctum panem ante se trudens plostillum manuale dulcemque qua onerabatur mercem crebra jactatione quasi cunis agitans. Is clamor resonuit pueri in fundo, hoc est in ejus stomacho. Neque enim obliviscendum est exilem illam matutinae coffeeae lactisque sorbitiunculam rem longae jam memoriae factam fuisse et obrutam quasi nebulis lassitudinis, quae memoria aliis et aliis animi irritationibus paulisper repressa, sed non oppressa, tum, restituta tandem quiete reviviscere cooperat.

Sed hic auditur duotoris sibilis cui prompta respondet machina tractoria et jam leniter moveri videntur rerum circum imagines. Et mens Georgii tristibus deliberationibus libera magna concipit solatia quod tandem aliquando...

Et cur non gauderet, qui sibi videretur redire ad libertatem casae impositae colli, quam somniaret, ubi mater... cui materterae, quam post duas horas salutaturus esset, recordatio minus acerbas ostenderet illas, quas cum patre necesario esset habiturus dissensiones. Tu me adjuvabis, mea matertera, quae tantum me ames, quae scripseris —et est in manu epistola— te mihi, quidquid fuisset, gratum fakturam;

et fingit bonam materteram subridentem sibi interrogaturam esse, quid esset, quae narrare sibi vellet; se responsurum: Omnia tibi narrabo, matertera, sed ante cetera mihi affer quod edam, nam inde ab jentaculo mihi feriantur dentes.

Tale mente componentem futurum cum matertera colloquium repente interpellat vox: Ostendite, vectores, tesseras. Et se vertens Georgiolus conspicatur virum, cui pileus ornabatur lemnisco anguinea distincto linea, inspectorem tesserarum. Huic puer porrigit quadrulam cartaceam retangularem, quam ille stans intuetur puero interim non sine aliqua sollicitudine et suspenso spiritu spectante. Qui superioribus casibus jam assuetus timere sibi in re qualibet molestiam etiam ab eo tam severo homine aliquid sibi instare suspicabatur impedimenti. Sed postremo; quid cum causari posse? An pretium non persolutum esse pro illa tessera, in qua tam attente inspector defigeret oculos? Sed jam is compellat nostrum: Ergo tu Nizzam cogitas? —Nizzam — Transeundum tibi igitur est in currum primum; nam hicce currus remanebit Cunei. — Non igitur hoc agmen vehitur Nizzam? —Certe illuc agmen, sed non hic currus. —Et quomodo faciam ego? percontatur exiliens in pedes Georgius, perturbato nonnihil vultu. Nihil ea quidem re facilis, inquit homo furtim subridens eumque considere jubens: Cunei agmen subsistet stabitque quartam horae partem. Tu descende ex hocce curru et ascendito in eum currum, quem videris post machinam primum. Jam hoc tenes? —Ego vero teneo; et is currus pos-tea vehetur usque Nizzam? —Ut dicis, neque te oportebit descendere amplius, ante quam Nizzam perveneris. Tanto melius, sic secum loquitur Georgiolus, et hoc quoque feliciter transactum est. Infortunatumne dicam te puer, qui, si unum verbum addidisses, si dixisses Nizzam Montis Ferrati, retineri potueris ex tot erroribus, quibus quasi quodam fato tuo occurrebas? Officialis ille te jussisset descendere simulatque venisses Cuneum, unde te per Mondovium aut per Gavam reddidisset illi, quem tu cogitabas loco. Sed ita nemo lecturus erat odysseam tuam, quae tam paucis absoluta non dedisset argumentum sat amplum libelli.

Tamen sermo officialis in animo pueri reliquerat dubitationes, quas, ut erat tijnidus, suo cum damno non audebat proferre. Cuneum? Sed cur Cuneum tangeret agmen ferroviarium, quod Nizzam Montis Ferrati contenderet? Sed tota inexperti viatoris admiratio ista erat, quod non recordabatur nominari celebrem urbem Cuneum in illo primo itinere, quo ex loco natali Taurinum ibat. Regionis quoque novitates sollicitabant animum pueri. Non has ille tum ex curru contemplatus erat plagas; non illos montes recordabatur teatos nivibus. Subito, dubitationum non ferens amplius punctiones, represso paulum pudore, compellat hominem e regione sedentem, qui lecta ephemeride totus in eo erat, ut ignem admoveret stilo tabaceo suo: Oro te, bone vir, hocce agmine Nizzamne ferimur? Ille conjectis per tabaceum fumum in puerum oculis: Sane, inquit etiam Nizzam properat agmen hoc; sed adhuc longinqua illa est Nizza, mi puer, neque ante vesperum, circiter quintam horam, illo venies. Hoc ego interrogo, inquit Georgius, propterea quod alias a Nizza dgressus non etiam tetigi Cuneum. Alia tu via usus per Genuam veneris. Sed non memini Genuam; percurrisse me Aquas scio. Ain'tu? Aquas? Aquas respondet

puer voce timidula. Ergo apparet alia te via fecisse iter, quod mihi memoras, ea, quam dixi, per Aquas Savonamque. Et ea via estne brevior? Brevior, si computes chilometra, minus tamen commoda cursibus. Tranquillior hic repetit Georgius: Etiamne tu Nizzam tendis? Non ego Nizzam, puer, sed Cuneum propero. Et hic fuit finis colloquii. Fato factum dixeris, ut ne tum quidem adderetur illa vocula, qua deprehenderetur iniqua pueri erratio. Sed erat sic constitutum a Deo, a quo saepe ducemur viis nobis minus patentibus.

Sic viator noster neque adspectu pulchrae et frequentis urbis divisae flumine et junctae quasi audaci ponte ferroviario, neque prospectu nivium montis Bisaltae ulla turbabatur incertitudine, qua commoveri vidimus reditio ejus initia. Qui etiam aliorum aenigmatum se invenisse in sermone illius hominis solutionem ratus scire jam visus est et cur majus itineris pretium postulatum esset et cur longiore iter conficeretur tempore. Audiverat ex homine se non venturum esse Nizzam ante horam quintam. Magnum horologium stationis Cuneensis, quod prospiciebat ex nova sede in primo curru diligenter, ut erat monitus, lecto, ostendebat tres horas et dimidiam. Sed stomachale Georgii horologium horam nuntiabat multo seriorem. Et quis dicat, in quantam rabiem fames ejus esset aucta, nisi humanitate sua femina de populo cum puella juxta cum sedens attulisset suppetias?

ANDREAS HABERL, S. V. D.,

(sequar)

Commercium Epistulare

Avenarius Josepho carissimo.

Antiquo ductus proverbio: quae hodie facere potueris in crastinum ne distuleris diem, continuationes Pelleterii mei transmisi. Calores augmentur Romae momentque ferias. Sed agentur jam quartum Romae. Est tamen propinquum Latiale Albanum et Tusculum et Tibur. Illo cogito. Cura ut valeas. vi Idus Jul.

Josephus Jiménez C. M. F. carissimo Andreae Avenario, S. V. D. s. p.

Pudet me nihil tibi litterarum per annum fere integrum, bone Andrea, rescripsisse. Sed noli mihi succensere; rebus potius tribuito quarum copia curaeque magis in dies crescent.

Hae tandem litterae quae sub natali tuo ad te sunt perventurae, vellem equidem ut gratulationi essent tibi et animi solacio; sed quod solacium nobis superest dum haec perdurat turbulentissima temporum tempestas, in qua, fatum quidem lamentabile, fratres tui missionarii, cursum in missiones agentes, miselli! —ita publici commentarii pervulgabant— vasto in gurgite vorabantur? Doleo strenuos illos missionarios angorque animo dolore vestro...

Sed adest «Alma Roma». Pungit novitatis studium. Litteris desisto. Commentarium aperio; ac, proh dolor. Casus, ita ferunt, in comitatu advenire; atque revera, vix a dolore fratrum vestrorum cesseram, ecce jam nuntium luctuosissimum: «FORNARIUM nostrum necopinato correptum morbo Neptuniae decidisse». O factum male!

Occidit immitem cedrus jaētata per Austrum,
occidit, heu, tonsa fronde virente jacet;

occidit quem lugent latinae litterae, lugent amici; quem leves Latii multisera aurae.
Ille, decus et litterarum latinarum praeco, longe abest; adsunt tamen nobis ejus vestigia, fulgida doctrinae monumenta atque virtutis.

Sed age: gratulatoriae coepitae sunt litterae, exeunt elegiacae. Currat rota et ad privata veniamus.

Non multum ante hos dies audivi in Universitate Barcinonense Drem. *Stroux* clarum Prof. Berolinensem et moderatorem «Thesauri Linguae Latinae» et «Corporis Inscriptionum Latinarum», pulchris verbis gravibusque sententiis, «de maiestate populi romani» colloquenter. PALAESTRA nostra, quae ei tradita fuerat, maxime placuit.

Post ferias exspectabam continuationes Pelleterii, quae nondum pervenerunt. Restat caput IV, quod ultima PALAESTRA non capiebat, et nihil amplius. Cura ut reliqua cito citius in archivo recipientur. Ob acceptas scriptiones et ob proxime accipiendas, plurimam tibi gratiam. — Barcinone, postridie Idus Nov.

Andreas Avenarius S. V. D. venerando P. Josepho Jiménez C. M. F.

Gratum mihi est cum his litteris dare ad te penum Palaestricum, qui si recte, uti spero, erit redditus, in annum fere satisfaciet. Ne tamen credideris me, quod ex Pelleteria illa erratione restat, ad annum procrastinaturum, sequentur ea quam primum licuerit per reliquas occupationes meas, quibus non modo adventante jam senectute non levor, sed contra oppleor magis. Habendae gratiae Deo sunt quod eam semper largitur valetudinem, qua possim esse contentus ad faciendum opus, et quod mihi illum libellum dedit in manus, cuius lectio ita captarer, ut in Latinum vertendum duxerim; sic saltem tu accipis pabulum Latinitatis, quod alii tam diu frustra exspectant. Videris interim Wagnerum Budapestinensem Juventuti inseruisse quae de Fornario, egregio viro, dederam, et, si tempus concederet, etiam ad Palaestram quod darem esset; sed plane dolendum quod cum egregio viro extincta «Alma Romæ» est. Mihi etiam magis acerbum est, quod edi non potuit in postremo fasciculo, eo, quem mense novembri prodire oportebat aut decembri, quod scripsoram de Cicero atque de refutatione eorum qui solerent nimium inquis sententiis suis denigrare principem et coryphaeum Latinitatis. Si non brevi renuntiatum erit revixisse «Almam Romam», adeundus tu mihi eris, ut in PALAESTRAM ea quae in postremo fasciculo Fornari jam edita sunt et ea quae lucem nondum viderunt, admittas.

Quod hanc cursui permisi sarcinam Pelleterii, neque finem exspectavi narrationis — restant pagellae viginti quinque ex 142, — adductus sum die nominali tuo, ad quem diem cupiebam aliquid tibi mei offerri quo gauderes. Et memor ero tui etiam ipso die Nutricii Domini quemadmodum oporteat cum, cuius apud vos no-

minalis dies tam multis jam annis in quodam habeatur honore. Precor Deum, ut per optimum fratrem nostrum Emmanuelem fortem continuatorem operis sui adjuvet semper et praeset in columem. Propinquet jam ille dies, quo pace orbi aestuanti restituta nulla jam penuria chartae impeditat, ne ex bimestri PALAESTRA semestris evadat, ex tenui crassa. Vale. Ex sede mea Romana III Nonas Martias, anno 1943.

Josephus Jiménez Avenario dulcissimo salutem.

Cum litteris superius allatis medio aprilii huc pervenit gratissima Pelleterii, sarcina, quam publico cursui commiseras. Gratiam tibi habeo. Credere vix possum quod de *Alma Roma* praenuntias: Tale tantumque Latinitatis praeconium cum egregio Fornario perpetuo conticuisse! Absit!... Quod tamen si evenerit tibi patent PALAESTRAE forces. — Nihil dicis de «Repetitorio» quod, nominali tuo appropinquante, dono tibi dare volui; nihil de litteris actuosi Patris Mir per cursum aereum ad te mense novembri missis. An de via decesserunt? Quodcumque est, eae proxime sequuntur. Vale, meque, ut coepisti, amare perge. — Barcinone, XIV Kal. majas.

Jos. M.^a Mir, C. M. F. Andreae Avenario, S. V. D. sal. p.

Ad te litteras mittere jam dudum animo agitaveram, sed nescio qua erga tantum magistrum et virum linguae latinae disertum detinebar reverentia.

Plures abhinc annos, cum latinitatis suavitatem primoribus labris admoverem —eram tunc adolescentulus—, nescis quo recrearer solacio cum te et meum omni laude dignissimum magistrum P. JOVEUM, emeritosque FORNARI, JACOBELLI, TASSET de novis vocabulis in latinum inducendis concertantes videbam in ephemerede *Alma Roma*, ante nostram *Palaestram* natam.

Ex eo vero tempore mira quadam perfundor laetitia cum tuas in nostra *Palaestra* elucubrationes promis, lectoribusque degustandas tradis. Epistulis et scriptionibus amicorum lectorumque mentes tibi concilias et exemplo tuo pro latinitatis cultu animos forte demissos excitas, reficias, confirmas. Quis tuis carminibus legendis non recreatur? quis tuam linguae latinae dexteritatem in narratione Georgii Pelleterii non demiratur?

Hac igitur mea epistula et habeo et refero gratias pro eo studio quo nos nostraque foves et prosequeris, illudque quod jam pridem optaveram rogo —quamquam et aetate et scientia maxime dispar—, ut in tuorum amicorum numero me adscribere velis. Tua, Rde. Pater, qua ornaris doctrina novelli amici imperitiam obteges...

Extremum restat quod et caput et causa litterarum fuerat: tuo adventante nominali, validum atque benevolum tuum Patronum Sanctum Andream deprecor ut cumulatissimis te gratiis compleat ac sospitem servet.

Prospera utere valetudine eique, dum omnia rigent, multum consule. Socii te valere jubent.

Alabonae, IV Kal. decembres.

De orationibus relativis

(Pro alumnis ministris)

—Tempore advenis, bone Paule, summa inest animo difficultas in orationibus relativis exstruendis, cumque paelectioni Magistri, eas explicantis, ob stomachi cruditatem interesse nequivi, has orationes nunquam intellegam nec recte componam, nisi tu adjuves...

—Res facillima, si modo animo adsis: legem praecipuam ubique servandam tolle memor: *Relativum eundem non desumere casum atque antecedens, sed unumquodque proprium orationis officium sequi*nam, ut scis, orationes relativae duas continent orationes simplices, quas si tales adstruas, nullum erit tibi incommodum.

—Rem exemplis indica et enōda.

—Libenter faciam ac varios casus tibi proponam, et ut facilius capias remque perpetuo teneas, clavibus depingam meis includamque.

| | | |
|----|--|---|
| 1. | { Rosa est pulchra. ROSA est in horto. | { =Rosa — QUAE est in horto — est pulchra. |
| 2. | { Rosa est pulchra. ROSAM video. | { =Rosa — QUAM video — est pulchra. |
| 3. | { In rosa erat apis. ROSAM vidi. | { =In rosa — QUAM vidi — erat apis. |
| 4. | { Vidi rosam. EX ROSA apis deducit mel. | { =Vidi rosam — EX QUA apis educit mel. |
| 5. | { Mel procedit ex rosis. Apis elaborat MEL. Vidi ROSAS in horto. | { =Mel — QUOD apis elaborat — procedit ex rosis — QUAS vidi in horto. |

In 1.º exemplo *rosa* (antecedens) est *subjectum orationis primariae* et *quae* est *subjectum in oratione relativa*.

In 2.º *relativum* est *complementum verbī video*, quare *accusativo effertur casu*, dum *rosa* est *subjectum orationis pulchra est*.

In 3.º *relativum* est *etiam complementum verbī vidi*, dum *antecedens* est *in ablativo*.

In 4.º *relativum* est *complementum indirectum ablativum*, *antecedens vero* est *in accusativo*.

In 5.º duo *relativa* vices gerunt *complementi*, et *antecedens* aliud est *in nominativo*, aliud *in ablativo*.

Rem totam habes enucleatam.

—Nunc tandem intellego, nunquam memoria excidet. Est tibi gratia.

TRISTANIUS.

Curiosa et jocosa



1. IN DIE NOMINALI. — Avus nominalem diem diem celebrat. Cum omnes bona fausta que omnia ei adprecati sunt, dulcorum et pulcrorum capsulam profert, adstantibus porrigit ac super mensam collocat. Accedit currens minimus Petrus et continuo pulcralia in os et in fundas (*bolsillos*) immittit.

Tunc avus: «Mi Petre, aliqua asserva fratri tuo Johanni, nonne de eo recordaris?»

—Certo illius sum memor et occasio nem arripio, ne forte citius ille adveniat et nullum mihi relinquat.

2. IN SCHOLA.

—Dic mihi, puer, praeteritum verbi surgendi.

—Praeteritum verbi *surgendi?*... *Dormire!*

3. —Quid fuit terribilis in Diluvio?

—Nondum inventam esse umbellam pluvialem (*paraguas*).

4. —Dic mihi, puer. «Quo tempore ab arbore colligenda sunt mala?»

—«Cum canis ligatus est et custos abest».

5. INTER AMICOS. — Quid amico in nominali suo donem quod mihi vili pre tio cedat?

—Eum missili columba dona, et ut columbam volare faciat, admone.

6. — Quidam homo asinum per senem bene vendere vult. Johannes qui bene emere cupit, ei dicit:

—«Quanti mihi jumentum vendis?»
—«Jumentum! scisne quid dixeris? celerius est automolo!... (*automóvil*).

Haec ubi dixit, fustibus asinum ver berat, sed pecus proficisci recusat.

—Et celerius automolo illud esse di xisti?

—Equidem, sed parum exspecta dum illud calefacio.

7. IN CELLA PENARIA. — PETRUS — *in patris tablinum ingrediens*: —Visne mihi pater, illa praegrandia lexica porrige?

—Euge fili mil Placet mihi te litteris diligenter incumbere et non semper ludentem esse. (*Petrus summo perfusus gaudio duo dictionaria accipit et egreditur*).

Mater duas post horas: —«Itane vero? Dulciola quae in cella penaria recondita erant, heri evolarunt, et hodie una placentarum. Altius eas collocaveram quam heri, attamen helluo ille Petrus cepit. Cum ad nos veniet, afficietur malo...

8. INTER SCHOLARES.

—Nunquam tu, **Burre**, ad hippodromum pergis?

—Nunquam. Hippodromum me pu det.

—Pudet? Quare?

—Quia revera ibi animalia metam attingunt; ego vero, quatter jam inito cursu, metam nondum sum adeptus.

9. IN PUBLICA TABERNA.

Herus in taberna baculorum clienti cuidam;

—Baculos quoque afferam ligni fortissimi.

—Pace tua, domine; nondum nupsit.

10. IN BELLO.

—Heus vos, accurrite, socii; captivum enim hostium centurionem feci.

—Adduc ad nos igitur.

—Nequeo, hercle! Me enim arctissime tenet.

NUGATOR.